BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 9r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



cogitationes exprimuntur. Lapidesq; honichi
ni & gemmae ornant. ephod ac rationale.
cum eximiis summorū patrum actib; & cogita
tionib; & icc̄ miraculorū insignia iunguntur;
Neq; aliquid uel & in lapidib; honichinis qui
sanguinei feruntur esse coloris. addita bonis
operib; martyrii merita intellegi. de quibus
singulis suo loco plenius opitulante dī gratia
dicendū est; Facientq; mihi inquit scūarium
& habitabo in medio eorū. iuxta omnē similitu
dinē tabernaculi qd̄ ostendā tibi. & omniū ua
sorū in cultum eius; Ostendit moysi dn̄s taber
naculū in monte & uasa in cultū eius consecrata.
quia eidem secū tanto tempore demoranti mani
feste demonstrauit. quanta pietate humilitate
& munditia uirtutes angelicę suo creatori gau
deant oboedire. quae sunt ꝑfectū in omnib;
tabernaculū eius. qui numquā in eis ex quo con
diti sunt manere atq; inhabitare cessauit.
quorū & icc̄ nob̄ in resurrectione similitudo uitę
& communis ante dn̄m conuersatio promittitur.
quicumq; modo relictis huius mundi contagiis.
eorū in terris uitā imitari studemus. uidelicet
in laudando ac diligendo dn̄m. & proximū quoq;